



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ludovici Richeomi Societatis Ies. Valedictio Animæ  
Deuotæ**

**Richeome, Louis**

**Coloniæ, 1610**

Deum hominis corpus immortale fecisse. Colloq. XXXIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50753](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50753)

Ecce tibi verba concilij, & decretū  
Ecclesie, quę veritatis supremū Par-  
lamentum est.

*Deum hominis corpus immortale fe-  
cisse.*

COLLOQVIUM XXXIV.

THEOL.

**F**ACTYRVS nunc operæ pretiū  
mihi videor, si huic materiæ  
non nihil inhæsero, tum quo  
luculentiorē instructionem fi-  
dei nostræ tam in Creatoris nostræ  
liberalitate cognoscenda, quam in  
nobismet ipsis probè perspicendis,  
accipiamus, & euidenter pro-  
fusus demonstremus, supremā illam sapien-  
tiam, quæ disponit omnia suauiter,  
in mensura, numero, & pondere, si-  
bi maximè conuenienter hominem  
immortalem modo supradicto pro-  
creasse. Nam cum in omni suorum  
operum productione, inter materiā  
& formam, corp<sup>o</sup> & animā pulcher-  
rimam planè symmetriam, & ad cu-  
iusq; creaturæ finem consequendum  
accommodatissimam obseruasset,  
instruens materiam qualitatibus  
& in-

*Sap. 8. 1.  
11. 21.*

*Proportio  
forma ac  
materia  
in omni-  
bus crea-  
turis.*

& instrumentis aptissimis ad virtutibus & facultatibus formæ subseruiendum, necesse prorsus erat singulariter vt eam comprimis q̄; in homine ceu creaturarum Principe iret *Proportio* usurpatum. Videmus certè in lapidibus, plantis, & bestiis mirabili eā *forma* & prorsus societate & conuenientia *materia* in insensibilibus. copulatas duas has partes adiunxisse, & proportionem fini ipsorum quam maximè congruētē adhibuisse: addidit enim lapidibus gravitatem quo ad centrum suum quieturi vergerent, ac delaberentur; igni leuitatem quo ad sphæram suam sursū ascenderet & emicaret: pisces alis aquaticis, vt natarent, aues vt volarent, bestias pedibus, vt ambularent pulcerrimè instruxit. Adamas forma rariore & excellentiore quam marmor dotatus est, fini que etiam longè nobiliori destinatus, quippe qui maioribus virtutibus pollēs ad hominem exornandum aut vsui æquè præclaro procreatus sit: marmor autem minoris virtutis ædificijs tantum natum sit condecorandis. Ea omnino causa in corporibus est, cur

*Proportio  
forma ac  
materia  
in ani-  
matis.*

vn̄um altero durabilius, firmiter  
que natura efformarit. Malum pu-  
nicum formæ excellentissimæ est,  
dum non modo ægros reficit, sanos  
recreat, sed quoad exteriorem etiã  
fini suo respondentem proportio-  
nem insignia Regis inter fructus  
præfert, coronam scilicet & purpu-  
ram. Aquila animæ nobilis ac gene-  
rosæ corpus qualitatibus suis con-  
uenientissimum habet, grande illud,  
vastũ, forte, agile, rostro vnguibusque  
armatum, quo præclare in pugnis ac  
certaminibus versari, ac strenue  
possit dimicare: alas adhuc habet  
quibus infra nubes ferri possit, &  
super eas euolare. Lucius anima ra-  
paci & prædatorio præditus, corpus  
ad vim faciendam expeditum acce-  
pit, ilia ad natandam agilia, os denti-  
bus cumprimis instructum & acu-  
tissimis hamis in rapinas obarmatũ.  
Anguilla lenta & deses ne magna  
moliatur, corpus. n. ipsum conueni-  
entissimũ ignauitæ habet & quod so-  
lum ad lubricandum labendumque  
datũ esse videatur. Leo pugna &  
bellicosus, robustus ac crudelis, cor-  
pus

pus mensurā animæ habet exactissimā, nimirum ossibus firmis ac validis, plenis & medullæ expertibus, & adeo duris, vt impacto in ea ferro ignem effundant non aliter quam globus tormentarius, è musculis probe contextum, nervis fortibus ac robustis cōnexū, vnguibus terribilibus armatum, dētibus acutissimis instructum, quo in certaminibus animæ satis facere possit. Lepus animi meticulosi, cū nullis à natura corporis armis munitus sit, pedū tamē agilitatē accepit, lanceā revera illā ignavorū. Porcus helluo & gurgis est vt larido & carne abūdet, corpus totū gulā tantū & ventrē arbitreris, quo id vt sedem habere & venatoribus opimā prædam relinquere possit. Simij animi ac ingenij præ cæteris animantibus lepidi & ridiculi, corpus appositissimū ad risum excitandum habent, & secundū animæ prototypon efformatum: nonnulli glabrum id habent: nonnulli cercopithecii longam & prolixam caudā trahunt: pedes autē cum nec manus nec pedes sint, ad vtriusque

*Arist. 3.  
de hist. c.  
7. & 20.  
Galenus  
lib. II. de  
vsc. 18.*

tamen similitudinem accedunt: facies eorum nec hominem plane nec bestiam refert, plicata, aspera, verrucis, lanugine obfita, gula hialca ad aures vsque, demum extrema turpis ac artificiosissima & iucundissima deformitatis. Elucet autem clarè & euidenter in istis admodum magni illius artificis sapientia, qui corpus adeo perfecta cum animæ symmetria copulauit: & existimandum prorsus ac pro certo habendum est, eandem à Deo conditore in minimis etiam bestiolis adhibitam esse, etsi à nobis deprehendi intelligique nō possit. Sequitur ergo, animæ & corp⁹ hominē eadē illud proportionē copulasse, & cū qualitātū pulcherrima correspondentiā cōposuisse & coagmentasse: Et quoniam anima speciosissima Creatoris in suam imaginem impressam circumferebat, conueniens erat eam corpori eiusdem pulcritudinis & immortalitatis inferi: Atque si is, qui vas preciosum habet aliquod, honesta id sibi & splendida pixide arbitratur esse asseruandum, an nos Deum oblitum fuisse.

fuisse existimabimus, ut naturam hanc  
 excellentissimam, insculpta diuini-  
 tatis lineamenta circumferentem  
 hospitio digno excipi vellet & ho-  
 norari? Ferunt Alexandro Magno,  
 cum victor bello contra Darium  
 gesto excessisset, Imperatorum quorundam,  
 auream ei capsam gemmis mirabili  
 artificio distinctam & inter  
 spolia repertam, dono obtulisse: quam  
 ubi rex intuitus fuisset, munus ad-  
 mirans ait, Næ verò digna pixis hæc  
 sit, quæ Homeri poema concludat?  
 putabat videlicet ille poema illud quod  
 mundi omnibus poematis nobilissimum  
 ipsi videbatur, nobilissima plane  
 necista esse asseruandum. Iam si car-  
 men, quod animæ solum pictura  
 quædam est, adeo honestè huic cu-  
 stodiendum videbatur; quanto om-  
 nino iustius animam protoplasti puram  
 & innocentem, qua nihil nobilius,  
 nihil coelestius in terris, nihil quod  
 excellentiori fini destinatum foret,  
 reperiatur, thecæ tali inferi con-  
 ueniebat, quæ pulchritudinis rarif-  
 simæ, durationis immortalis esset,  
 nunquam ut se nudam inueniret, sed  
 idcirco

*Plut. in  
 vita A-  
 lexandri.*

idcirco creata, ut corpori innexa maneret, & cum eo beatitudine immortalis perfrueretur, necesse erat subiecto eā affini & qualitativis suis proportionato copulari, & tanto melius appposito & congruentiore, quanto societas firmior erat, & finis reliquos omnes longissimo post se spatio relinquebat, qui est visio Dei propter quam homo in hunc mundū fuit introductus. Erat hoc admirandū plane & primum matrimonium, quod miraculo singulari Deus suā vim potentiāq; demonstraturus, inter duas creaturas ex diametro sibi inuicem oppositas, corpus & animam, coelum ac terrā voluit instituire. Copulavit itaq; eas vinculis convenientibus, unicuique propria sua ornamenta, & electissima dona ex thesauris potentię ac bonitatis vniuersę appendit.

*Inter corpus & animam perfectissimū  
matrimonium reperiri.*

COLLOQUIVM XXXVI

THEO. **V**ERVM UT in quolibet coniugio iusta proportio quam ac-  
cura